

CAP. XVI.

Iejunandum absque hypochrysi.

Matth. 6. n. 16. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

VERSIONES.

Syriacus. Ne sitis atrati, sicut accipitres vultus, hypocritae: deturpant enim vultus suos, ut appareant.

Vatablus, Patavinus. Sicut hypocritae terrici, obscurant enim facies suas, ut videantur hominibus jejunare. Absstulerunt mercedem suam.

Multi ex Graeco. Sicut hypocritae vultuosi, vel obscuro, seu austeri.

D. Zeno serm. Cum jejunatis, nolite effici tristes, sicut hypocritae faciunt.

D. Hieronimus. Demoliuntur facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.

D. Chrysostomus. Corruptunt facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.

D. Hilarius. Conficiunt facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.

Alij ex Graeco. Labefactant, obliterant facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.

Arabicus. Ut appareant jejunia eorum.

EXPOSITIO.

Docuit Dominus in Superioribus formam elemosinae, ac orationis; tunc docet jejunandi modum: quia, ut ait Chrysost. hom. 21. Infirma est oratio sine jejunio. Et antequam de hoc differeret, praemisit tractationem de elemosyna, ut patet in hoc cap. 6. n. 2. Quia, ut ait D. Chrysologus serm. 8. Fratres, esurii jejunium, jejunium sicut, quod non pietatis cibo pascat, quod potu misericordia non rigatur. Alget jejunium, deficit, quod non elemosyna vellus regit. Jejunio conjunge elemosinam. Et sicut Christus Dominus in elemosyna, ac oratione malum hypocritis detestandum dixit; ita hic etiam in jejunio

Chrysost. Chrysolog. Iejunio elemosyna conjungenda.

docet. Et peculiariter in his tribus virtutibus hoc vitandum expressit, quia maxime consistunt in actionibus exterioribus, ut jam notavi superiori cap. num. 1. & 5.

Nolite fieri sicut hypocritae. Quatuor hic docet Dominus. Primò hypocritarum vitium fugiendum. Secundò illorum modum. Tertio illorum intentionem. Quarto condemnationem. Vitium malignum hypocritarum fugiendum, est enim gens ficta, & simulata, ut dixi superiori cap. n. 12.

Et ait Dominus: Nolite fieri sicut hypocritae tristes. Rectè notant D. Thomas, & Hugo, quod dum dicit nolite, prohibet, non solum facere, sed velle; quia in voluntate radix merendi, & demerendi est. Et non ait: Nolite esse; sed nolite fieri; quia in hypocrita nihil est in veritate rei ac simulatione. Unde ait Chrysostomus hom. 21. Dum fingunt, se jejunare, non solum tristes, sed

Chrysost. sunt. Et non dixit Saluator: Nolite esse tristes vos o Discipuli mei, sicut hypocritae; sed nolite fieri. Idem Chrysostomus in Imperfecto homil. 15. Sciens Dominus, ait, quia non potest fieri, ut sit hilarius, qui jejuna: ideo non dixit: Nolite esse tristes, sed, nolite fieri tristes. Quia parcimoniam, ac cibi defectus saepe tristitiam generat, sed non verat esse tristes, sed fieri per imposturas, ac falsas apertias.

Secundò illorum modus. Exterminant facies suas. Exterminare, hoc est, extra terminos ponere. Hypocritae dicuntur exterminare facies, ut explicat Simon Cassianus lib. 10. cap. 36. Abulensis; quia extra terminos facierum humanarum ponunt facies suas, ut videantur effugies mortuorum. Et ad hunc sensum conducunt caeterae lectiones: Demoliuntur, corruptunt conficiunt, obscurant facies suas. Et quamvis ex jejunio naturaliter sequatur macies, ut notat Albertus Alb. Mag. Magnus; tamen haec non debet esse intentio nostra, sed ut Deo placeamus in gaudio. Tertio, eorum intentio. Ut appareant hominibus jejunantes, hominibus, qui vident solum exteriora, 1. Reg. 16. n. 7. Isti autem hypocritae, ut ait D. Maximus homil. in die Cinerum, non Deo jejunant, sed hominibus, quibus placere volunt. Quarto, eorum condemnatio. Receperunt mercedem suam, nempe hominum laudem, quam querebant, ut explicavi superiori cap. quast. num. 8. ex D. Chrysologo. Sen, ut explicat Albertus Magnus, receperunt mercedem justitiae vindicantis, quam suis culpis meruerunt.

QUESTIO I.

Quare Dominus hic non praecipiat, sed supponat jejunium.

Communis est omnium Expositorum vox, quòd Dominus hoc loco non praecipit, sed supponit, aliquando jejunandum esse. Non enim dixit: Jejunate, sed ait, cum jejunatis. In quo aperte supponit; aliquando jejunandum esse; non, tamen determinat, nec explicat tempus, quando est jejunandum, nec modum ipsius jejunii.

Respondeo primò cum Abulensi hoc loco in Commentario, quòd Dominus hic non praecipit, sed

sed loquitur absolute, supponendo jejunium quia modò agebat tam de jejuniis spontaneis ex devotione assumptis, quam de illis, quae per Ecclesiam imponuntur; quia in omnibus tenenda est ista forma, quam Dominus hoc loco tradit, ut jejunium sit utile. Ne quis ergo erraret, sibi persuadens, quòd hoc tantum militabat in jejunio ex praeepto; non verò in illo, quòd ex devotione assumitur, ideo Dominus de eo absolute differit.

Hypocritis vitium in omni jejunio.

6. Secundò. Dare jejunandi praeepta, quo ad tempus, & malum; seu determinare, quibus diebus sit jejunandum, & à quibus cibis abstinentum, ad regimen Ecclesiae spectat. Cum autem ejus gubernaculum Petro, ac ejus successoribus esset committendum, noluit Dominus se in hujusmodi dispositione intrudere: non enim solet Deus functiones, suis ministris datas, interrumpere, sed eorum munera integra obire sinit; nec enim officia concessa interpolanda sunt; quoad minister in munere non deficit. Dum Sara audit à Domino promissum de filio habendo, risu occultat. Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara? Gen. 18. num. 9. Sed cur Dominus ipsam non reprehendit? Cur non ait ad illam: Quare risit? Sed hoc ait viro suo. Divino sanè consilio. Nam à mundi exordio datum est viro imperium super mulierem. Sub viro potestate eris, & ipse dominabitur tibi, Gen. 3. n. 16. Ne ergo dominium, super mulierem, viro datum, Dominus usurpare videretur; ideo non eam ad se advocat, ac reprehendit, sed viro permittit, ut functiones suas adimpleat, atque ut eam arguat, & illius risus suggillet. Hugo de S. Victore in annot. in Gen. Quare, ait, risit. Sara uxore tua? virum increpat, quòd esse castigare uxorem suam. Vide lib. 2. cap. 5. n. 16. & in hoc lib. cap. 1. n. 1. 8. & cap. 2. n. 5. & c. 5. n. 18.

Gen. 18. Genes. 3. Hugo. Tertio. Videbat Dominus, quòd ante soorum oculos erat positum suum jejunandi exemplum; & tanti Domini documentum, efficacissimum erat mandatum ad hujusmodi observantiam amplectendam. Quarto. Non curat Dominus, praecipere, ut sui jejunent; sed quomodo absque hypocritis jejunent, sciebat enim, suos spiritu accepto, ac caelesti gratia infusa, jejunaturos, maxime enim ipsum jejunium, tanquam medicum valde proportionatum, requiritur ad vincendos mandanos insultus, carnis appetitus, & Diaboli instigationes.

7. Exemplum multum movet. Iejunium ad vincendas tentationes efficacissimum. Aiebat Phariseus: Non sum, sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri; jejuno bis in Sabbato; decimas de omnibus, quae possideo, Luc. 18. num. 11. Gloriatu Phariseus; quòd à vitiis sit alienus, & totius legis observator. Sed ad haec quid primum dicit? quid primum jactat? Jejunio bis in Sabbato, ait. Siebat enim, quòd ubi jejunium regnat, ibi & vitiorum propulsiō, & omnium virtutum corona inest. D. Ephrem in Catena Graeca. Adulteri à se crimem removens, jejunium jactavit, satietas enim stupri pater est, & in sanritate reperitur lascivus.

8. Iejunium malu depellit. In turpissimum idololatriae scelus prolabitur populus adorans vitulum. Et cum ira divina in ipsum veller lavare, eumque omnino perimere, dicitur Moysi: Dimitte me; ut irascatur furor meus contra eos, faciamque te in gentem magnam Exod. 32. num. 10. Moyses verò vehementer pro eis, exorat, ac omnium aliarum nationum clavum

8. Iejunium malu depellit. Iejunium malu depellit. Iejunium malu depellit.

9. Exod. 31. Sycocira in Evang. Tom. II.

spernit, ut populum suum regat, & tueatur. Imò divinæ iræ pro eis se offert: Dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, ibidem num. 31. At verò, cum postea Israelitae desiderio carniū astuant, Moyses eo regimine ira gravatum se sentit, ut ab ipso liberari vehementer à Deo exposcat: Non possum solus, dicebat, sustinere hunc populum, quia gravius est mihi, sin aliter tibi videatur, obsecro, ut interficias me. Numero 11. num. 17. Cur ergo Moyses, gentem illam idololatriae scelere videns infectam, adhuc pro ea rogat, & illius regimen à se excutere non patitur; at verò, gula in omnibus debacchante, ita Israelitico gubernaculo molestat, ut etiam vitæ commutatione ab illo commutari, deponique velit? Nonne idololatriae scelus est multo gravius? Certissimum. Quis dubitat? Tamen cum gula omnia peccata catenatim rotunt; nam ipsa iram acuit, furorem excitat, libidinem inflammatur, in idololatriam, ac omne malum animos impellit, & scelus unum cum sit, omnium est incitativum vitiorum. Cum populus in idololatria esset detentus, adhuc Moyses concipiebat de illius melioratione fiduciam; quam tamen amisit, dum ipsum gula delictis, tanquam immedicabili malo, vidit irretitum. Cajetan. tanus ad citatum locum Numerorum, Magna afflictio est pastoris animarum, peccatum quasi incorrigibile. Et hac de causa Moyses modo se ita illius regimine affligebat, illudque à se excutere affectabat.

QUESTIO II.

Quare Dominus hypocritis malam tam vehementer à suis summovere velut?

Quamvis Dominus suis sermonibus vitiorum turpitudines damnet, de hypocritis tamen detestatione frequentius sermonem habet, tam hoc loco, quam in hoc cap. 6. n. 2. & 5. & cap. 7. num. 5. & 15. num. 7. & 22. num. 18. & 23. num. 1. 14. 15. & 24. num. 5. 1. Luca 5. num. inter omnia mala gravissima. Et hoc Dominus tam instantè docebat, ut ita suis maxime insinuaret, ac commendaret, ut ab hujusmodi hypocritis peste procul essent. Adeo mortiferus Cassianus. est morbus iste, ut dicat Simon Cassianus lib. 10. cap. 36. Quid haec dementia possit aequari malo penitus non invenio, Et D. Petrus Chrysologus ser. 7. Hypocritis, ait, subtile malum, secretum virus, vehementer malum, vitium sucus, tinea sanctitatis.

11. Missis multis, quae dici possunt de hoc malo, de quo jam etiam superiori cap. 15. numero, 38. ubi dixi, hypocritam quoddam esse idololatriae genus. Hic breviter tria noto. Primò. Esse gentem fictam, & ideo, ut jam expendi in expositione, dicitur: Nolite fieri, quia in eis nihil est in veritate rei. Secundò. Virtutis speciem virtutem impugnant. Exterminant facies suas, ut illa pallida facie, tanquam imagine mortis contra virtutem belligerent. Tertio Simulata religionis umbra: Ut appareant hominibus jejunantes, contra virtutem armantur; & ita receperunt in hoc saeculo mercedem suam, ut habeant in futuro aeternam damnationem.

M m 3 Primò;

12. **Cassian.** Primo. Simulatio hypocritarum quam grave malum sit optime describit citatus Simon Cassianus. *Nolite, ait, in jejuniis hypocritis similes fieri, qui sunt pictores Diaboli, periti sua doctrina in arte pingendi. Non enim pictores, cum aliquam ex diversis, subjectis coloribus volunt formare imaginem, de interioribus curant, quomodo stomachus, cor, pulmo, securque locentur, aut qua serie intestina cetera disponantur, sed dumtaxat qualiter exteriora intuentium oculis aptiora reddantur. Detestabile quidem est hypocritarum genus, qui exterminant facies suas, illas praetextibus, seu aliquo artificio immutantes, non ut recte agant a virtute in mentibus prius acti, sed ut hominibus appareant jejunantes.* Talis est simulatio hypocritarum, solum de exterioribus agunt, cum interiora omni vitio atque immunditia plena sint. Et ideo eorum gloria, atque latitia breviter transit. Job. 20. num. 5. *Gaudium hypocrita ad instar puncti.*

13. In solempni celebrata nuptiali dilecti filij sui vidit Rex inter convivantes hominem non vestitum veste nuptiali; statim mandat servis suis: *Ligatis manibus, & pedibus mittite illum in tenebras exteriores, Matr. 22. n. 11.* Merito dubitabis, cur Rex inter nuptialia convivia rigidas exequitur tormentorum sententias, & inter festina gaudia, dia mortis supplicia immiscet? Cur Rex non permittit, prius finiri convivium, & capitalem sententiam tunc in hominem fert? Sed ubi primum ipsum vidit, statim supplicia alligari imperat? Ille homo non habebat interiorum vestem virtutibus, ac bonis operibus intexam, ut explicat D. Hilarius, Chrysof. ac Divus Hieron. & tamen exterius fingeat in illo regali convivio exultari, ac laetari: & clementissimus Rex, qui alios peccatores patienter sustinet, talem simulatorem nec patiatur ad temporis punctum, sed indilate debita poena mulctari mandat. D. Ambrosius serm. 3. de Nativ. in Homiliario. *Propterea ergo, ait, sublatis manibus, & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum quia peccator erat, sed quia peccator cum esset, sanctitatis sibi meritum vendicabat.*

14. Secundò. Hypocritis virtute virtutem impugnat. Quod eleganter dixit D. Petrus Chrysologus serm. 7. *Hypocritis, ait, crudeli arte virtutes truncat: nuncione virtutum: jejuniis jejuniis perimit, oratione orationem evacuat, misericordiam miseratione profernit.* Crudele vitium, grande malum ut virtutem virtute impugnet, & contra justitiam justitiae specie armetur. Hoc argumento graviter D. Hilarius lib. contra Constant. Augustum, adversus ipsum haereticum oritur, & vehementer illum sic pungit: *Christum confitetur, ut neget virtutem, ait, procurat, ne pax sit: haeresis comprimit, ne Christiani sint; sacerdotes honorat, ne Episcopi sint; Ecclesia recta struit, ut sidera destruat; nulla gratior iactura, quam sub religionis specie Christum opprimere.* Cum Pharaeo plagis vexaretur, ait ad Moysen: *Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos.* Exod. 10. num. 17. Sed ipse cum patridus esset, omnique malitia plenus, ut docent communiter Patres, quomodo ostendit poenitentiae signa, qua Deus maxime pacatur, atque ad misericordiam fluitur? Cum Pharaeo omni esset repletus nequitia, hoc in eo malum non defuit, ut specie virtutis justitiam impugnans contra illam belligeraret. Et ideo ostensione poenitentiae contra Dei mandatum, ac Moy-

sem armatur, ut spem tyrannidem in populum Israeliticum exerceat. Sic & Saul, qui infernus, scilicet malorum interpretatur, ut testatur Deltrius in *Adagio veteris Testamenti, Adagio 197.* Venatus tom. 1. de historia sacra, fest. 8. prolem. 453. Religionis praetextu oves ad sacrificia contra Dei mandatum ex Amalech adducit 1. Reg. 15. n. 20. Pergit citatus Hilarius contra haereticum. *Osculo Sacerdotes excipit, quo & Christus proditus est, caput benedictioni submittit, ut fidem calces, convicio dignaris, ex quo Judas ad proditorem egressus est; qua tua sunt relaxas, vel qua Dei sum amittantur; haec una, falsa ovis indumenta sunt.*

Tertiò. Dum sub religionis umbra contra justitiam pugnant, aeterna supplicia sibi acquirunt, ut docet Christus: *Receperunt mercedem suam;* & notat D. Maximus homil. in die Cinerum: *Inter omnia peccata illud, quod sit sub religionis praetextu, divinum iram maxime sollicitat, ac monet.* Davidis temporibus gravi fame urgetur populus, Ipsi autem oraculum Domini consulenti dictum est: *Propter Saul, & domum ejus sanguinum quia occidit Gabaonitas, 2. Reg. 22. n. 1.* Sed cur punitur Populus ob peccatum Saulis tum antiquum, ac domum ejus sanguinum, id est, quae multum effudit sanguinem? ut explicat Lyranus, Abulensis, Cajetanus. Et si ob Saulis peccatum supplicium est infligendum, cur non ob usurpatum sacerdotale munus; cum enim Sacerdos non esset, holocausta obtulit? Vel cur non ob Sacerdotum necem? Vel ob injustas contra Davidem persecutiones? Sed affligitur Populus ob Gabaonitas à Saule interfecit. Ratio nem in sinuat textus ibidem num. 2. *Voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel.* Tam grande nefas est, scelus praetextu religionis commissum, Deoque tam abominabile, ut post multum temporis super omnia turpissima Saulis flagitia divinum iram, ac vindictam promeruerit. Carthusianus ibid. *Saul, ait, Gabaonita percussit, fingens, & simulans, se hoc facere zelo legis, in qua Moyses dicit, Amorrhoeos omnino exterminari ad utilitatem undecim Tribus. Verum tamen zelus Saulis fuit indifferens.*

QUAESTIO III.

Quare Dominus jubeat, in jejuniis nostris ne simus tristes sicut hypocrite?

RESPONDEO primò ad questionem cum Alberto Magno; Cardinali Hugone Dominum in suis non prohibere tristitiam; nam tristitia, quae oritur ex contritione, ac compunctione peccatorum, bona, & sancta est. Deinde, ut ipsi aiunt, longum jejuniis naturaliter facit tristitiam, & hoc est consequens ad naturae dispositionem; non prohibet, ergo Dominus, esse tristem, sed fieri tristem, quod est quid diversum. Et ita ait: *Nolite fieri, sicut hypocrite, tristes: fieri autem tristem, est effectus vanitatis, & talis fit homo per imposturam, vel hypocritum, ut pallens appareat.*

Secundò.

QUAESTIO IV.

Quare reprehendantur hypocrite exterminantes facies suas?

17. **Latitia oculi cultandam jejuniis.** Secundò. Vult Dominus omnem à servis suis expellere vultus maestitiam, ut faciem ostendant laetam, atque jucundam, ut ipsa vultus amoenitas, atque hilaritas occulter jejuniis, quaedamque sit abstinentiae dissimulatio, ut ita, non jejunantes, sed laute convivati esse videantur. Tertiò. Quia Dominus servos suos laetos vult, atque jucundos; *hilarem enim datorem diligit Deus, 2. Corinth. 9. num. 7.* Abraham cum filio suo ad sacrificium pergit; & tamen nato nihil pater manifestat, imò de victima interrogatus ait: *Deus providebit sibi victimam holocausti, filii mi, Genes. 22. num. 8.* Sed cur pater totam filio rei sciens non aperit? Noluic eum contristari, ne ipsa maestitia holocaustum minus gratum redderetur, cum Deus perfusus latitia suos amet servos. D. Ephrem in orat. Jona. *Non mysterium revelavit Abrahamus, ne illo tristitia affecto, ipsius donum inquinaretur.*

18. **Zeno.** Quartò. D. Zeno serm. de Jejuniis, *Tali ergo, ait, affectu suscipiamus jejuniis gratiam, sicut Dominus docet, non tristes, & maestos vultus, tanquam horrescentes necessitatem dierum, sed laeti, hilares, & cum exultatione rem gerere debemus, quae nobis causa victoria, & salutis existit. Et quis est, qui tristis coronetur? Quis maestus, & demerso vultu triumphet? praesto est enim, per jejunia carnem vincere, & de ejus vitis post victoriam triumphare. Quis unquam tristis est, quod sanus efficitur? aut quomodo non probus est, majorem de ciborum castigatione recipere mercedem, quam gaudium de anima salute? Quis illa mens est, quam plus contristat invidiosus libidinis, quam laetificat vita virtutum? Laeti itaque, & exultantes accedamus ad medicum nostrum, medicamentum jejuniis suscipientes. In jejuniis, carnisque mortificatione procul abeant tristitiae signa; nam ibi est noster triumphus, nostraque victoria de carne, animaque nostrae contrariis, lucus autem, ac meror triumphum minime decet, sed cuncta laetitia, ac gaudio debent esse plena.*

19. Ipsa Resurrectionis die duo Christi discipuli ad Emaus castellum tendunt, quibus Dominus apparet cast: *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes.* Luc. 24. n. 17. Dominusque cum eis sermonem conferens, eos de stultitia, ac in credendo tarditate reprehendit: *O stulti, & tardi corde ad credendum, ibid. num. 25.* Sed cur Dominus in eis prius tristitiam suggillavit, eosque postea carpit, quod tardi, ac legnes essent ad credendum, & considerandum ea, quae Prophetis de Christo erant praedicta? Cur ergo hujusmodi inconsideratio prius in eis non arguitur, sed tristitia ante omnia eis objicitur? Aderat solemnissimus Resurrectionis dies, quo Christus devicta morte gloriosus triumphavit; & ubi tanta erat capitis laetitia, non decebat, ut membra tristitia contabescerent, sed ut cuncti discipuli cum magistri victoria exultarent in gaudio. Albertus Magnus serm. de Resurrect. *Ad hanc diem nos imitatur David, ut nullus sit vestitus, sed cunctorum gaudium, in qua Salvator noster destructa morte, victor gloriosus exurgit ad vitam; & ubi tantus est triumphus, in hac die omnium sit exultatio, & laetitia. Exultemus, & laetemur in ea;*

IAM explicavi in expositione; quid sit exterminare facies suas, seu, ut legit Chrysolostomus, *corruptere*; seu ut alij habent, *confricare*, seu *obscurare*; significat enim, quod hypocritae studiosè immutant nativum faciei colorem ficta macie, affectato mortis pallore, ac tristi vultus severitate, ita ut conspici non sinant priorem faciem: ut appareant hominibus jejunantes: abstinentes, ac poenitentes ad captandam vanitatis gloriam. Et ex hoc maxime hic acuit usum. Christo reprehenduntur. Obiter nota, quod exterminant facies cavernosa mortis imagine, ut appareant; nil enim magis acuit visum, atque ad se attrahit, quam ubi effigies mortis refulcet, ac menti objicitur. Ad nostrum intentum. Si hypocritarum vanitas; quae aliquando venialis esse poterit, ita objurgatur; quanto erit fundamento increpanda petulantium sceminarum consuetudo, qua facies suas pingunt. Ut notat hic Origenes, & Chrysolostomus homil. 21. qui ait: *Si vero facies corruptio est propter inanem gloriam pallidum apparere quoniam: quid dicendum est defucis, atque picturis corruptentibus facies feminarum in perditionem juvenum? nam his faciem, quidem, qui ostendunt pallorem jejuniis, semetipsum tantummodo; haec vero & se ipsas, & eos, à quibus videntur, interimunt.*

In quaestione tamen voco: Cur damnantur hypocritae mortis imagine obscurantes facies suas, cum Ecclesia in die Cinerum pulvere re- presentationem mortis nobis in facie, vel capite impugnat? Si cavernosam mortis effigiem in facie exprimere, damnabile est, quomodo sancta Ecclesia praecipit, hanc umbram mortis in vultu suorum fidelium imponere? Reprobantur hypocritae exterminantes faciem necis macie, ut appareant hominibus jejunantes docentur fideles, pulverem in capite habere, ut inde ad animam transeat, & dies mortis intum in anima sit defixus. Et ita nobis dicitur ab Ecclesia: *Memento homo, quia pulvis es.* Umbra mortis in vultu, ac facie tantummodo, ut appareat hominibus, detrimentum generat, & inde maximum, quia medicina salutis, fit morbi incitamentum. At ipsa mortis representatio in vultu appositae, & inde ad mortem transiens, ac ibi retenta, & affixa, valde utilis, & salutifera. Huc revoco illud, quod sapienter dixit Clemens Alexandrinus: *Clem. Alex. Sepulchrum eis; scilicet nationibus barbaris, est supplicium, monumentum vero nos, scilicet Christianos, ducit ad salutem.* Ita dicam: Effigies mortis hypocritis sepulchrum est, nobis vero, sicam memoria fixam habemus, via ad salutem.

Ob peccatum commissum dicitur primo homini, *Pulvis es, & in pulverem revertentis,* Genes. 3. num. 19. Pulchram quaestione excitat magnus Augustinus lib. 13. de civitate Dei, c. 4. Quomodo homo adhuc sit astrictus mortis legis; nam ille ob primi hominis peccatum mortis sententia est damnatus, at Christus Dominus, dum pretiosam suam in Cruce vitam dedit, pristina omnia generis humani damna restituit, multo

M m 4 enim